



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCIX. [i.e. CCVIII.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

- 2 Item limita. contra scribentem, uel eius heredes, ut Innoc. in c. inter dilectos, de fide instr. & ibi Ant.
- 3 Fallit in instrumento publico secundum Lanf. de Ord. in c. quoniam contra. nu. 84. de probat. Alex. consi. 70. nu. 4. uol. 1. & consi. 179. in princ. uol. 2. & consi. 132. nu. 4. uol. 4. Roma. sing. 238. tu scis. Alex. post. Deci. in aut. quis in aliquo 6. fall. C. de edend. Isner in c. i. de probat. feud. alien.
- 4 Fallit quando tempus ponitur pro forma contractus, quia est de substantia rei, & quia dat esse rei, secundum Bal. in l. liberti. col. 5. nu. 15. C. de oper. lib. ut puta si promitto seruire tibi de mense Iulij, aut Augusti in uindemiando, uel blada colligendo, tunc alio tempore seruire non potest, quia ex illa conuentione non resultat aliquod corpus, secundum Bar. in l. si uno. §. Item cum quidam locat. Affl. deci. 73. nu. 6. & Bal. in d. l. liberti. nu. 15.
- 5 Fallit etiam in tempore legali, uidelicet quando lex requirit tempus apponi in contractibus, uel in manuscriptis factis tempore nuptiarum, pro ut requiritur in parte maioris consi. anno 1532. & ut puta in contractibus, & in sententia glo. est not. in uersi. lucis. l. more Roma. ff. de ferr. ut omnia de die & non de nocte fiant.
- 6 Fallit etiam quando subiecta materia aliud suadet, ut puta si conduces operarios in uinea tua ad laborandum intelligitur de diebus naturalibus & artificialibus, & non de nocte, & sic in tempore apto ad exercitium & non incongruo, secundum tex. in l. i. & l. medicus. ff. de oper. lib. Alber. in d. l. more. Bal. in c. i. de treug. & pace. Felin. c. consuluit. de off. deleg. Tiraquel. in §. i. glo. 10. uersi. annum & diem nu. 10. ut puta in deposito fiendo super re tractu ut dignosci possit, an moneta sit bona uel reprobata: quod nota.

REGULA CCIX.

- 1 Testamenta duo eodem tempore facta si non appareat de prioritate, propter incertitudinem neutrum ualeat, arg. l. duo sunt. ff. de testa. tute. Roman. sing. 243. Oldr. consi. 1. col. 2.

col. 2. uerfi. attendatur. ubi all. l. in tempores. §. i. ff. de hæ-
red. instit. & l. eum qui duobus. ff. de acquir. hæredit. Ang.
instit. de adempt. legat. in fin. Iaf. & Deci. in l. fin. C. de
edict. diui Ad. toll. Boe. q. 3 2. nn. 2. & 3.

1 Fallit 1. quando essent duo testamēta facta eodem die,
unū a notario forinsecō, & alter a notario Veneto, quia
eo casu testamētū a notario Veneto confecto præualer
omnibus aliis testamentis factis a notario forin. per c. i.
stat. quarti lib.

2 Fallit etiam quando alter ex hæredibus scriptis possi-
deret, quia commodum possessionis hoc sibi beneficium
tribueret secundum Deci. in l. fin. nu. 53. C. de edict. diui
Adr. tollend. & Andr. Sicc. in c. i. de probat. Card. consi.
145. in princ. Roma. consi. 159. super eo. uerfi. 3. Bal. in l.
icol. 2. uerfi. quæro quando duæ sententiæ. C. quando pro
uocar. non est nece. Alber. in l. quotiens duobus C. de rei
uend. ubi tenet, q̄ si quis habet possessionem rei uenditæ,
uel donatæ per præcatium, uel per perceptionem ususfrui-
ctus præfertur habenti realem & hanc opin. communem
tenuit. Guid. papa q. 112. in princ.

3 Fallit 3. quando in altero testamento esset instituta pia
causa secundum Rom. in auct. similiter in 12. speciali. C.
ad l. falcid. quia illud præualeret. Bal. Ang. & Cyn. in l. cū
multæ. q. ult. C. de donat. ante nupt. Bal. in l. in multis. in
fin. ff. de stat. homi. Bar. in l. hæc conditio. §. cum ita. ff. de
cond. & demonst.

4 Fallit 4. quando in uno esset clausula derogatoria facta
cum clausula non obstante quocunque alio testamento,
sub quibuscunque uerbis, uel sub quacunque forma uer-
borum concepta, quia istud præualeret altero secundum
Franc. Aret. in l. si quis. ff. si quis omiff. causa. & Bor. Soc.
in l. si mihi & tibi §. in legatis. nu. 7. ff. de legat. i.

5 Fallit 5. quando in altero eorum esset, appositum iura-
mentum quia habet uim clausulæ derogatoriæ, secundū
Soc. in d. §. in legatis. nu. 2. uerfi. 6. Io. Andr. in c. quod se-
mel de reg. iur. in 6. hoc idem Bal. Aret. & Castr. in d. l. si
quis in princ. de leg. iij.